Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CCvn

214

Ægypto. Erat ibi usq; ad obitum Herodis ut adimpleret
quod dñi est a dño per ꝓphetam dicentem. Ex egypto voca
ui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus est a
magis: iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros
qui erant in Bethleem et in omnibus finibus eius a bimatu
et infra: secundum tempus quod exquisierat a magis. Tunc
adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem.
Vox in rama audita est: ploratus et ululatus multus:
rachel plorans filios suos. Et noluit consolari quia non
sunt. **Dnica infra octauam ad Galathas**

Ad inferia off ad gal

Fratres. Quanto tempore heres puerulus est: nichil
differt a seruo cum sit dominus omnium. sed sub tutoribus et actoribus
est usq; ad prefinitum tempus a patre. Ita et nos cum essemus
pueri sub elementis mundi eramus seruientes. At
ubi uenit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum
ex muliere factum sub lege. ut eos qui erant sub lege redimeret: ut adoptio
nem filiorum dei recipiamus. Quia autem estis filii dei misit
deus spiritum filii sui in corda uestra. clamantem abba pater. Itaque
iam non est seruus sed filius. Quod si filius et heres per deum.
Illo tempore. Erat ioseph et maria mater eius. **Sedia lucam**
mirantes super his que dicebantur de illo. Et benedixit illis
simeon. et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est
hic in ruinam et resurrectionem multorum in israhel et in signum
cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gla
dius. ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et
erat anna prophetissa filia phanuel de tribu aser. Hec
processerat in diebus multis: et uixerat cum uiro suo annis
septem a uirginitate sua: et hec uidua usq; ad octoginta
quatuor annos. que non discedebat de templo: seruiens

Sed in lucam